UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

23. In eodem de Sanctorum gloria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

malum aduerſum vos, mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Conſidera nihil piis maiorem lætitiam afferre, quam dum multa & grauia patiuntur pro Chriſto, tum quia ſciunt ſe fieri Chriſto ſimillimos, tum quia copioſiſſima remuneratio illis in cœlo parata eſt. Vnde de Apoſtolis dicitur in Actis. Act. 5.
Ibant gaudentes à conſpectu Concilii, quia digni habiti erant in nomine Ieſu contumeliam pati.

MEDITATIO II.
De Feſto omnium Sanctorum.

CONSIDERA quanta gloria fruantur Sancti in cœlo quorũ feſtũ hodie agitur, quę ſolet diſtingui in pręmiũ accidentale, & eſſentiale. Accidentale conſiſtit in poſſeſſione omniũ bonorũ, quæ non ſunt Deus, vt nihil deſit, quod oblectare queat. Quicquid enim homo optare poteſt, illic pleniſſimè habebitur. Primo quoad cibũ & potum plena ſatietas. 2. veſtitus lumine glorioſo refulgens. 3. palatia ex gemmis & margaritis conſtructa. 4. ſummus honor & gloria. 5. perfecta omnium rerum cognitio 6. ciues & ſocii nobiles, diuites, & noſtri amātiſſimi. 7 plena victoria dæmonis, mun-

di & carnis, nullũ incõmodũ, nulla triſ-
tia. 8 occupationes iucũdiſſimę, colloq.
cõtinua cũ Deo, Dei matre, omnibusq;
Sãctis. diuinas laudes & hymnos cũ mi-
da vocũ harmonia cõcinere, mundum
Chriſto adminiſtrare, imò regnare. Et h
quidẽ erunt omnib. ſanctis cõmunia, p
terquę quædã peculiaria gaudia & triũ
cedunt Martyrib. Virginib. & iis qui al
ſalutis viã docuerunt, iuxta cuiusq; mer
2. Conſidera prædicta omnia nihil eſſe
cõferantur cũ præmio eſſentiali, q cõ
ſtit in immediata Viſione Dei. Ex hac vi
ſione multa in anima fiunt. 1. plena D
poſſeſſio, vt omnia ſint plena Deo etiã
corpore. 2. ſimilitudo Dei, vt potius ſan
dicãtur Dii, quam homines: ſicut carbo
gnitus vocatur ignis. 3. perfecta viſio eo
quæ in Deo ſunt, vt ſapientiæ, iuſtit
bonitatis, caritatis, omnipotentiæ, p
chritudinis, licet non poſſint cõprehen
4. ſumma dilectio Dei, & intima adhæſ
5. ineffabile gaudium & ſpiritualis delect
tio 6. plena ſatietas, & ornatus in omni
animæ potentiis, & corporis membris.
3. Conſidera, cum ſancti ad tantam euect
ſint gloriã, quãta veneratione ſint a nob
colendi, & inuocandi, vtpote nõ de ſua ſo

noſtra

noſtra tantũ ſalute ſolliciti. 2. quantũ in no
bis deſideriũ excitare debeamus, vt aliquã-
do ad illos perueniamus, & tantis bonis
fruamur. Sed quia ad tãta præmia nõ per-
uenitur niſi per magnos labores; iamnunc
ſtatue veſtigiis Chriſti & ſanctorum inſi-
ſtere, licet mundus rideat, caro reclamet,
dæmon rugiat.

IN COMMEMORATIONE ANIMARVM. 2. Nou.

Conſidera, quã graues pœnas ſuſtineãt 1
animæ fideliũ defunctorũ in Purgatorio,
nã S. Scriptura vocat pœnã ignis. & Patres,
vt Aug. Greg. Beda, dicũt pœnã eſſe intole-
rabiliorem quauis pæna huius vitæ, quæ
Martyribus vel latronib. inflicta fuit, vt S.
Laurentio, S. Vincentio, S. Bartholomeo,
& aliis. 2. conſidera diuturnitatẽ in pœnis,
quæ non ad vnũ diẽ, ſed ad multos annos
ſæpe durant. Beda indicat quaſdã animas
vſq; ad diem iudicij in ijs manere. Et Eccle
ſia anniuerſaria ſacra celebrat etiã pro ijs,
qui ante 100 vel 200 annos obierunt.

Cõſidera vt in fide Purgatorii firmior ſis, 2
& in pietatis ſtudio cõſtãtior. 1. coinquina-
tũ nihil vel immũdũ ſiue lethali ſiue leuio
re peccato poſſe intrare regnũ cœlorũ, vt
eſt in Apoc. 2. quã pauci ſint, qui peccatorũ